

APRIL 4, ST. ISIDORE, DOCTOR OF THE CHURCH

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

Devotion to this great Doctor of Catholic Spain, rose in Rome shortly after his death in 636. The Synod of Toledo composed of fifty-two bishops in 652 proclaimed him "Doctor most famous of our day, most recent glory of the Catholic Church, following in time those who had gone before us, but not lower in his knowledge of doctrine."

He was the great source of ecclesiastical learning for many centuries. His instruction on the office of a bishop states that the bishop should read the Scriptures and the Canons, imitate the examples of saints, engage in vigils, fasts and prayer, join humility with authority, and place his chastity under the guard of charity, without which all other virtues are nothing.

INTROIT Ecclesiasticus 15: 5

In médio Ecclésiæ aperuit os ejus: et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ induit eum. [T.P. Allelúja, allelúja.] (Ps. 91: 2) Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo, Altíssime. Glória Patri et Fílio et Spírítui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. In médio Ecclésiæ aperuit os ejus: et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ induit eum. [T.P. Allelúja, allelúja.]

COLLECT

Deus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Isidórum ministrum tribuísti: præsta, quæsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum, Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 2 Timothy 4: 1-8

Caríssime: Testíficor coram Deo, et Jesu Christo, qui vindicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsíus, et regnum ejus: prædica verbum, insta oportúne, importúne: árgue, óbseca, increpa in omni patiéntia, et doctrína. Erit enim tempus, cum sanam doctrínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros, pruriéntes áribus, et a veritate quidem audítum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vígila, in ómnibus labóra, opus fac Evangelístæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim jam delíbor, et tempus resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna justítiae, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus judex: non solum autem mihi, sed et iis, qui dilígunt advéntum ejus.

(During Eastertide the Gradual, Lesser Alleluia, and Tract are omitted and the Greater Alleluia is said instead)

GRADUAL Psalms 36: 30, 31

Os justí meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur júdicium. Lex Dei ejus in corde ipsíus: et non supplantábuntur gressus ejus.

(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)

LESSER ALLELUIA

Ecclesiasticus 45: 8

Allelúja, allelúja. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum. Allelúja.

TRACT Psalms 111: 1-3

Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Potens in terra erit semen ejus: generátió rectórum benedicétur. Glória et divítiae in domo ejus: et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. (Eccl. 45: 9) Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum. Allelúja. (Osee 14: 6) Justus germinábit sicut lílium: et florébit in ætérnum ante Dóminum. Allelúja.

GOSPEL Matthew 5: 13-19

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad nihílum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo súnt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus: ut videant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolíte putáre, quóniam veni sólvete legem aut prophétas: non veni sólvete, sed adimplére. Amen quippe dico vobis, donec tránseat cælum et terra, ióta unum aut unus apex non præteríbit a lege, donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in regno cælórum: qui autem fecérit et docúerit, hic magnus vocábitur in regno cælórum.

OFFERTORY Psalms 91: 13

Justus ut palma florébit: sicut cedrus, quæ in Líbano est, multiplicábitur. [T.P. Allelúja.]

SECRET

Sancti Isidóri. Pontíficis tui atque Doctóris nobis, Dómine, pia non desit orátio: quæ et múnera nostra concíliet; et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(IN LENT)

PREFACE OF LENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique gratiáre, ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cóprimis, mentem élevas, virtútem largiris et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominiónque tremunt Pater, adórat Cæli cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

(OR IN EASTERTIDE)

PREFACE OF EASTER SEASON

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNION Luke 12: 42

Fidélis servus et prudens, quem constituít dóminus in témpore fráticim suam: ut det illis in témpore fráticim mensúram. [T.P. Allelúja.]

POSTCOMMUNION

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salutem: beátus Isidórus Póntifex tuus, et Doctor egrégíus, quæsumus, precátor accédát. Per Dóminum nostrum, Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding.

He clothed him with a robe of glory. [P.T. Alleluia, alleluia.] (Ps. 91: 2) It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. He clothed him with a robe of glory. [P.T. Alleluia, alleluia.]

O God, who didst give blessed Isidore as a minister of eternal salvation to Thy people: grant, we beseech Thee, that we, who have had him for our teacher on earth, may deserve to have him for our advocate in heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, I charge thee, before God and Jesus Christ, who shall judge the living and the dead, by His coming and His kingdom: preach the word: be instant in season, out of season: reprove, entreat, rebuke in all patience and doctrine. For there shall be a time when they will not endure sound doctrine, but according to their own desires they will heap to themselves teachers, having itching ears, and will indeed turn away their hearing from the truth, but will be turned unto fables. But be thou vigilant, labor in all things, do the work of an evangelist, fulfill thy ministry. Be sober. For I am even now ready to be sacrificed, and the time of my dissolution is at hand. I have fought a good fight, I have finished my course, I have kept the faith. As to the rest, there is laid up for me a crown of justice, which the Lord, the just Judge, will render to me in that day: and not only to me, but to them also that love his coming.

(During Eastertide the Gradual, Lesser Alleluia, and Tract are omitted and the Greater Alleluia is said instead)

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment. The law of his God is in his heart: and his steps shall not be supplanted.

(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)

Alleluia, alleluia. The Lord loved him and adorned him: He clothed him with a robe of glory. Alleluia.

Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed. Glory and wealth shall be in his house: and his justice remaineth forever and ever.

Alleluia, alleluia. (Eccl. 45: 9) The Lord loved him and adorned him: He clothed him with a robe of glory. Alleluia. (Osee 14: 6) The just man shall spring as the lily: and shall flourish for ever before the Lord. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: You are the salt of the earth. But if the salt lose its savor, wherewith shall it be salted? It is good for nothing any more but to be cast out, and to be trodden on by men. You are the light of the world. A city seated on a mountain cannot be hid. Neither do men light a candle and put it under a bushel, but upon a candlestick, that it may shine to all that are in the house. So let your light shine before men, that they may see your good works, and glorify your Father who is in heaven. Do not think that I am come to destroy the law or the prophets. I am not come to destroy, but to fulfill. For amen I say unto you, till heaven and earth pass, one jot or one tittle shall not pass of the law, till all be fulfilled. He therefore that shall break one of these least commandments, and shall so teach men, shall be called the least in the kingdom of heaven. But he that shall do and teach, he shall be called great in the kingdom of heaven.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up, like the cedar of Libanus. [P.T. Alleluia.]

May the holy prayer of St. Isidore, Thy Bishop and Doctor, fail us not, O Lord: may it render our offerings acceptable, and ever obtain for us Thy pardon. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks to Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

The faithful and wise servant, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season. [P.T. Alleluia.]

In order that Thy sacrifices may render salvation to us, we beseech Thee, O Lord, that blessed Isidore, Thy Bishop and illustrious Doctor, may act as intercessor. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.